UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Avrea Gemma Christianorvm

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XIII. Cùm apparet Iacobo & postmodum Diuo Paulo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68313

Visual Library

## CAPVT XIII.

*Octauo apparet Iacobo, & poſtmodum D. Paulo.*

VERITAS. 1. Cor. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Notum autem vobis facio, fratres, Euangeliũ, quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm ſcripturas: & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas: & quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt plùs quàm quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus: Nouiſſimè autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Ego enim minimus ſum Apoſtolorum qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.*

## CAPVT XIV.

*Nona apparitio facta recumbentibus vndecim Apoſtolis.*

VERITAS. Marc. 16. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. *Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe: non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euan-*

gelium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN